I. N. J.

SISTITUR

DISCURSUS POLEMICUS DE RATIONE BELLI OFFENSIVI ET DEFENSIVI

USQVE AD TERMINUM DECLARATIONIS

COMMODE SUSCIPIENDI

BREVITER, ATTAMEN DILUCIDE, IN EJUSMODI RE QVANTUM EXPEDIEBAT CONSIGNATUS:

IN FINE CUJUS AFFIXA EST

DENUNCIATIO STUDII POLEMICI.

RENATÆ OPTIMÆ REI MILITARI ET IPSI INTEGRÆ POLEMICÆ FACULTATI PERCOMMODE PRÆLUCENS

PER

DANIELEM SIGISMUNDUM WOLFFIUM,

INTEGRÆ POLEMICÆ ATQVE POLITICÆ CANDIDATUM PRAGMATICUM.

HALLIS SAXONIÆ,

… DAVIDIS SALFELDII, T…

EXTRACT

Eines an Se. deß Hochwürdigsten / Durchlauchtigsten Fürsten und Herrn/

Herrn AUGUSTI,

Postulirten Administratoris deß Primat- und Ertz-Stiffts Magdeburg/ Hertzogs zu Sachsen/ Jülich Cleve und Berg 2c.

Meines gnädigsten Fürsten und Herrns

Hoch-Fürstl. Durchl.

Unterthänigsten Memorials mit dem Discursu überreichet/ den 14. Julii Ao. 1674.

ES wird von dem Weisen Römischen Bürgemeister dem Catone Majore gemeldet/ daß Er aus festem Fürsatz seinem Vaterlande rechtschaffen zu dienen/ kein besser Thun ersehen können/ als dieses/ daß Er die Krieges-Disciplin von seiner Handt schrifftlich verfasset / der Nach-Welt hinderlassen. Dergleichen Fürsatz/ weil er einem iedem frey gelassen/ habe ich/ nicht aus unzeitigen Hochmuthe diesem Tapfern Römer mich gleich zu achten; sondern aus Liebe zur Kunst wegen deß Vaterlandes erwehlet/ und dieselbe von Jugendt auf/ mit grossem Fleiß studiret. Weil si[e] aber/ nach eines vornehmen Lehrers/ und anderer rechtem Urtheile/ Ihre[n] Zweg nehmlich des Vaterlandes Nutzen/ ja Erhaltung desselben/ nicht e[r]halten kann/ Sie werde denn der hohen Obrigkeit gebührend gewiedme[t]: Als habe Ich meine Profession an Tag zu geben/ diesen Discurs kürtzli[ch] geschrieben.

REVERENDISSIMI SERENISSIMIQVE PRINCIPIS AC DOMINI,

DN. AUGUSTI,

POSTULATI ARCHI-EPISCOPATUS MAGDEBUR-GENSIS ADMINISTRATORIS, PRIMATIS GERMANIÆ, DUCIS SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ AC MONTIUM, LANDGRAVII THURINGIÆ, MARCHIONIS MISNIÆ ET UTRIUSQVE LUSATIÆ, COMITIS MARCANI, RAVENSBERG. ATQVE BARBYENSIS, DYNASTÆ IN RAVENSTEIN, ETC. ETC.

DOMINI SUI CLEMENTISSIMI,

TRIBUS JUNIORIBUS FILIIS ILLUSTRISSIMIS:

DOMINIS

DN. HEINRICO,

DN. ALBERTO,

DN. FRIDERICO,

UCIBUS SAXONIÆ JU-
LIACI CLIVIÆ AC MON-
TIUM, &c. &c. &c.

PRINCIPIBUS AC DNN.
SUIS GRATIOSISSIMIS.

Serenissimi atqve celsissimi Principes ac Domini, Domini Gratiosissimi.

AUgustissime (apud tales) audit Titus Cæsar, cujus famam perennat Tacitus H. 2. c. 1. ita commemorans: augebat, *Cæsaras Titi* famam, ipsius *Ingenium,* ,, *qvantæcunqvæ fortunæ capax.* Percellere hanc lectionẽ V.V.V. ,, C. C. C. animos video, ardentes cognoscere, qvalis tandem fuerit Cæsar tantus. Jam verô adstipulanti Tacito, mihi incumbit ejus descriptio, qvam introspicere V V V. CCC. gratiosissimè lubeat. Assidua scilicet meditatio mea, indè ex citatis Taciti verbis, constituit moralem regulam infallibilem eam: *regit ingenium hominis vel rude per affectus; vel eruditum, per certum habitum omnes gestus & actiones.* Exempla qvæ præter allegatum illud, hanc maximam qveant reddere magis perspicuam, in historiis non sunt rara; qvoditiana præterea experientia, Vobis trudinantibus actionum singularum *rationes* jucundè admodum & utiliter comprobabit. In præsentiarum verò, haud inconveniens esse videtur, si proponam Gloriosi istius Cæsaris, & *Illustrium Personarum* omnium *actionem* propriam atqve *dignissimam*: ea est *Bellum*, actio, seu *negotium* maximum & amplissimum. *Maximum*, qvia involvit Reip. & integrarum Regionum salutem, eversionem, mutationem, & conservationem: Idicro etiam ejus non immemorem fuisse novimus Sapientissimum Regum, benè monentem proverb. 20, 18, qvod bella *ratione* sint generenda. Atqvi omnes homines cum sint rationales: hic non communissimam illam, sed illustrium Majorum imitatione, educatione & institutione perpolitam & confirmatam intelligi rationem manifestè apparet. Deindè, Illorum negotium intimavi etiam qvod sit *amplissimum*, si qvidem personarum & rerum numerum reqvirit vastissimum. Attamen rerum

illarum administrationem & executionem personis multis; moderationem verò Uni vel Paucis conferendum demonstravi in Discurs. h. d. r. b. c. s. M. 3. th. 3. Hoc est illud fundamentum & ratio instituti Regiminis cujusvis: undè postmodum processit illa, negotium Illorum primariò justificans, cum à *Summâ Potestate* fuerit susceptum. Eam verò in V. V. V. C. C. C. seminatam, venerando more contemplans, sicuti Ordinatè cum gemmis sitis oriundi Illustres: facile Vobis futurum existimavi, qvò cum cœlis moveamini *Sereni*, cum plantis vigeatis *Celsi*, cum animantibus generosioribus Magnanimi, Potentes & fortes, cum Angelis lucidis Spiritibus benè ratiocinemini Sapientes & Prudentes: confido etiam certò futurum, ut hoc modo, V. V. V. C. C. C. Amici, cum Subditis, Vestro Regimine perbeati; cum Præceptore Renato ego posteritati demonstraturus; Clara illa cupidè lustratura: *neqve qvenqvam magis decere, vel meliora scire, vel plura, qvam Principem: neqvè rectè qvippiam inchioari, nisi post Deum faverit Imperator.* Jure eo, V. V. V. C. C. C. Clementiæ, me & Studia mea diu destinata dedicavisse, nunc obtulisse, ingenua mens præcipiebat V. V. V. C. C. C.

Halæ Sax. in MS. d. 14. Jul.
Anno 1674.

Subjectiss. & humilimo

Danieli Sigismundo Wolffio,
Vinar. Th. J. P. C. P.

Viris Generosis, Magnificis, Excellentissimis atq;
Amplissimis Dominis

DN. EUSTACHIO á Thümen/
Hereditario Domino in Walters & Tammendorff/ Reverendiss. atqve Sereniss. Dn. Administratoris Archi-Episcopatus Magdeburg. Duc. Sax. Aulæ Marschallo gravissimo, Consiliario intimo, & Capitaneo in Giebichenstein & St. Moritzburg spectatissimo.

DN. WILHELMO à Kospoth/
Hereditario Domino in Seuptendorff / Groß-Städel & Wölffis/ Sereniss. Electoris Sax. nec non Reverendissimi Dn. Administratoris Archi-Episcopatus Magdeburg. Duc. Sax. Consiliario intimo & Cam. gravissimo, in Thuringiâ Præfecto supremo, tributorum Exactori generali, & Præfecturæ in Weissenfels Capitaneo spectatissimo.

DN. CONRADO CHRISTOPHORO à Phuel/
Hereditario Domino in Seeben / Reverendiss. atqve Sereniss. Dn. Admiaistratori Archi-Episcopatus Magdeburg. Duc. Sax. à Consiliis arcanis & Cam. itidem gravissimo, nec non Præfecturarum in Wolmierstädt & Alvensleben Capitaneo spectatissimo.

DN. MAURITIO TAM Marschalchen à Bieberstein/
Hereditario Domino in Hermsdorff/ Kobelsdorff/ Malitzsch/ Naußlitz & Niedleben/ Reverendiss. atq; Sereniss. Dn. Administratoris Archi-Episcopatus Magd. magno Camerario, Supremo Principatus Saxo-Qverfurtensis Præfecto, ac Præfecturæ ibidem Capitaneo spectatissimo.

DN. JO-

. JOHANNI THEODERICO
Marschalchen à Bieberstein/
itario Domino in Ober- & Nieder-Schmohen/
nisſ. Principis ac Domini, Domini JOHANNIS ADOL-
PHI Duc. Sax. Aulæ Magiſtro ſpectatiſſimo.

. JOHANNI CASPARO à Lohß/
endiſſ. atqve Sereniſſ. Dn. Adminiſtratoris Archi-
patus Magdeburg. Duc. Sax. Conſiliario itidem graviſſimo,
c non Suæ Celſitudinis Filiorum Principum Aulæ Mode-
ratori ſpectatiſſimo.

ninis Patronis & Promotoribus meis magnis, ma-
gnâ ſemper Obſervantiâ colendis & proſeqvendis.

Generoſi, Magnifici, Excellentiſſimi atqve Am-
ni, Domini Patroni & Promotores magni, magno obſervantiæ
cultu ſemper còlendi & proſeqvendi.

Aves aëriæ
In lucidum aëra;
In mores candidos
Abeant Studia.

nò non decebat coram aliis laudaviſſe meæ Artis præcepta: nî facto
n comprobare, ipſe animo deſtinaviſſem. Sanè verum, qvod inter agenda, primaria &
aptiſſima manet, Magnorum Virorum, Inſignium Fautorum & Amicorum concilia-
dè, VOS MECENATES Studiorum, mea Muſa hoc albo denuò ſalutat. Veſtris autem
Magnific. Excell. & Amplitudinibus, qvam officioſam debeo Obſervantiam, illa me in
e, qvam auguſtè hèic memorare geſtit ac diſcupit. Interim Divinam Benignitatem
S diu & benè valere, valoremqve Veſtrum in Familiis effloreſcentem lætos ſpectare
rum iterumqve Valeatis atqve foveatis Veſtrarum Generoſar. Magnific. Excell. & Am-

ax. d. 4. Aprilis
nno 1677.

addictiſſimum atqve humilimum

Danielem Sigismundum Wolffium,
Vinar. Thuring. J. P. C. P.

TACTICA DI LEONE IMPERATORE INTORNO AL CAPITAN GENERALE DEGLI ESSERCITI,

Artic. 32.

S'Averrà che alcuno, benche della plebe, ò artefice, venga per trattarti di materia appartenente alla gverra, non gli negar l'orecchio, e l' tuo giudicio determini se bene, ò male sia qvello, ch' ei ti propone.

VOTUM COMMUME.

O ſuaviſſime Jeſu! Qvi in ſtatu tuæ humanitatis, voluntatem Patris denuò nobis petefeciſti: emunda fidelium tuorum corda ab omni ſtupiditate, carnis malitiâ & calliditate; contra verò, per Spiritum Sanctum tuum, ea illumina, ut, donis qvæ pro hominibus accepiſti, in veritate fruantur, ad nominis tui gloriam.

VOTUM ET DEDICATIO AUCTORIS.

Domine dominantium, qvi fluminum voluiſti uſum communem; proprietatem eorum eſſe publicam: ſerva mihi Vitam ſub poteſtate Chriſtiana, tibi & proximo fidelem!

PRÆFATIO.

CHristiani Orbis, simul & prudentiæ obtinuit Imperium IMPERATOR JUSTINIANUS, cum tàm Augustam de Constitutione Reipublicæ exprimi jussit sententiam: IMPERATORIAM MAJESTATEM non solùm ARMIS decoratam, sed etiam LEGIBUS oportet esse armatam; ut UTRUMQVE TEMPUS BELLORUM ET PACIS rectè gubernari possit. Instit. Proœm. *Theorema I.*

Nimirum intellexit IMPERATOR tanqvam Successor AUGUSTUS in STATU PACIFICO, tempora qvæ fuerant JULIJ: atq; hâc ratione approbat Aristotelem dicentem: Omnis nostra vita in OTIUM & NEGOTIUM, Pacem & Bellum dividitur. 7. Politic. 14. *Theorema II.*

Utriusqve effatum, explicitè conjugabo cum meo seqvente: Nulla est Respublica, qvæ perpetuam qvietem sibi spondere audeat: Sed (α) cupida hujus, vel illius STATUS PROGENIES BELLUM, alieni erroribus imminet. v. Membr. 3. exempl. ad fin. s. clausul. l. o. realiter BELLUM definio, qvod sit NEGOTIUM STATUS, Boni Publici causâ CONSILIO ET ARMIS gerendum. *Th. III.* *(α) non intelligitur simpliciter cæca tantum cupiditas, sed à virtute excitata. Aristot l. 2. Ethic. c. 1* *Definitio Belli*

A 2 Posito

Quæstionibus Practicis cùm conveniat Methodus Analytica, erit hic 1. Quæstio cognitionis causæ.

Posito hoc effectu admodum Cummuni, placet in inqvirendâ causâ statuere cum Aristotele. At qvi Philophus L. 1. Rethor. c. 4. Bellum refert ad actiones humanas, seu negotia qvæ contingunt ex voluntate humanâ. Et lib. 1. dict. Rh. c. x. actiones illas distingvit ex septem (β) CAUSIS IMPULSIVIS: *1. Fortunâ 2. Necessitate violentiæ, 3. Necessitate naturæ, 4. Consvetudine, 5. Ratione commodi, (qvæ dicitur voluntas) 6. Irâ. 7. Cupiditate, sicut Riccobonus convertit. Et dicit porrò* (γ) *qvæcunqve aliqvis agat per se, ea non proficisci à tribus prioribus causis, sed qvatuor seqventibus.*

(β)

(γ)

Commodet mihi Aristoteles ex causis positis septimam, qvæ latior qvintâ, & vehementissima videtur, qvâ voluntas agentis movetur, confer h. th. 3. (α) *; ex lib. 2. c. 17. dict. Rh.* (δ) *mores Potentûm, hos ibi notat qvod appetant opera, qvalia cunqve ipsis licet agere propter Potentiam. Hæc duo nimirum* (ε) Voluntas & Facultas, *genio ferè omnium seculorum suffecere ad perficiendum talem actum, de qvo commodè suscipiendo agit præsens Discursus.*

(δ)

(ε)

Ergò pro Archetypis illas hic suppono, & ne judicii acies, discursus extensione deficiat, theorema hoc sisto, resumendum Membro 3. Accommodatissimè enim hujus generis DISCURSUS *videtur tractari posse, si* Constet TRIBUS MEMBRIS,

qvo-

qvorum Primum *ponet* Theoremta Practica generalia *Staius Potentis, ut plurimum invadentis;* Secundum Theoremata Practica generalia *Statuum Vicinorum, it. Mediocris & Tenuis;* Tertium *Ordine exhibebit* Theorematum *istorum* illustrationem *per Exempla. Ordinem verò notant literæ marginales a. b. c. &c.*

MEMBRUM I.

Ponit theoremata Practica generalia qvæ potissimùm concernunt Statum Potentem, & bellum offensivum gerentem.

MAJESTATEM *decet esse armis decoratam in Republicâ. Hæc enim* FUNDAMENTUM *est* STATUS, *qvi tempore belli periclitatur; nisi cum observatâ* (ζ) *æqvabilitate potentiæ vel* amplificetur, *&* a. *denuo* confirmetur; *vel saltem* conservetur. Theorema I. (ζ) a.

Qvoniam verò BELLUM *est* NEGOTIUM STATUS MAXIMUM, *atq; laboriosissimum: propterea de illo suscipiendo,* b. SECRETA CONSULATIONE *nihil debet prius esse: Eam tribus sessionibus seu Terminis absolvi posse, videtur.* Th. II. c.

Consultationis sessionem primam auspicari velit Majestas *seu summa* Potestas *in Republicâ, cum Consiliariis Secretioribus (qvi sint insignes Politici,) à Justiâ: deliberantes,* (i.) c. *An bellum hoc justè* Consultationis sessio seu Terminus I. c.

 mo-

moveatur: qvod elucebit primariò, ex Personâ Principalis, si ipsi Summa Potestas est collata, dict. in th. 1. h. Memb.

(2.) *An verè sit hostis iste, cui inferetur: hoc scire possunt, si injuria fuit illata Bono Publico; illa fit varié, conferantur modò Prætensiones. qvi verò factam sibi injuriam non ulciscitur, alteram provocat, Aristot. l. 1. Rh. c. 12.* (n) *vel certi esse, possunt signis aliqvibus tanqvam prænunciis manifestis, si in futurum valeat incommodare: tunc non est injustum, eum, qvi in periculo magno versatur, sese munire, & utilitati suæ opportunitate consulere. pro ratione Polemicâ v. th. 7. h. Membri, & th. 2. Membr. 3.*

(n)

IN SECUNDA SESSIONE *velint accurare* d. *adornationem Reipublicæ seu Status, ideò maximè* APPARTUM BELLICUM. *Conf. th. I. præfationis, & th. 3. Membri 3. ad hunc Terminum; hoc fine (Primò)* e *Reparatio murorum, tormentorumqve omnium ante curanda est. Vegetius de Re Militari L. 3. c. 3. Ad diruendos autem muros admodùm cum polleant excogitata tormenta, pro 7ô murorum, suppono munitionum,* „ *ita ut pauci aliqvot loci limitanei molibus aut vallo cingantur. v. Membr. 2. th. 2. seqq. (Secundò) in* „ *omni Expeditione unum est maximum consilium,* „ *ut tibi sufficiat victus, hostes frangat inopia. Ante igitur*

d. Consultationis Term. II.

e. Th. III.

Th. IV.

igitur qvàm inchoëtur bellum de Copiis expensis- „
qve solers debet esse tractatus, ut pabula, frumen- „
tum &c. maturius exigantur Veget. dict. L.3.c.3. „
prolixus: addenda constituo Valentiniani & Valentis Imperatorum L. 4. C. de erogatione militaris anonæ, & aliæ pro hâc negotii parte exercendâ idoneæ.

Deliberandum qvoq; qvâ ratione conciliandi & præveniendi sint Amicitiâ illi, qvi in eo bello plurimùm prodesse, vel inimici nocere possunt. (talismodi rationes speciales pertinent ad partem primam scientiæ Polemicæ, qvæ dicitur Confœderatio.) Th. V.

IN TERTIA SESSIONE *ipsis versandum erit, qvæ & qvalis tunc sit constitutio Reipublicæ Patriæ, & Adversariæ; & qvidem propriissimè qvo ad vires. v. Membr. 2. th. 2.* Consultationis Term. III.

Qvod si Potentiam sui status, *in n. collatione* (δ) *(coloratis tamen relationibus aliorum nullatenus eluscati)* (g) *majorem verè agnoscunt; Bellum hoc actu per commodè decernitur. Aristot. l. 1. Rh. c. 4. v. Membr. 3. ad h. th.* Th. VI. n. (θ) exemplum vide in sacro Codice Numerorum 15. g

Ex commodâ Præceptorum hujus Membri executione dum optimè potest cognosci quid sit STATUS POTENS: *eundem hoc loco definio, qvi sicuti Civitas definitur per Societatem completam &c,* (f.) *ita taliis justâ constat hominum multitudine, obtinetq; finem suum omnem sufficientiam, ad ipsius* Th. VII.

bea-

beatitudinis perpetuitatem. v. Membr. 3. RATIO *tanti* STATUS *qvantum in præsentiarum respicio colligitur ex præfat. th. 3. a. & hoc Membro integro.*

Videntur etiam, esse qvædam annectenda de CLARIGATIONE *seu belli indictione: Verùm ô tempora! ô mores! vereor ne ista simplicitas remeet cum scommate: scilicet, Consiliarii, sunt transmittendi hostibus? neutiqvam, hoc demùm facto efferfescimus; sed motos præstat componere*

o. *fluctus: qvippe* o CONSILII *maxima vis est* OCCULTATIO. *Membro 3. th. 5. seqq. usq; ad fin.*

MEMBRUM II.

Continet Theoremata Practica generalia, qvæ spectant VICINOS STATUS, it. Mediocres & Tenues, BELLUM DEFENSIEUM plerumqve gerentes.

1. Qvæstio immutationis, qvale sit adhibendum remedium.

T*Heoremata, tertium præfat; & primum Membri 3. constituunt hoc Membrum secundum. Aristoteles. L. 1. c. 4. sæpius citat. Rh. tradit deliberationes non esse de iis rebus, qvæ fieri non „ possunt, ut hominem semper vivere, aut statum in„ stituere constanter qvietum: qvoniam principia „ illorum non sunt in iis qvæ cogere possumus ut nobis*

Th. 1. „ *subjectos, aut persuadere ut Amicis. Facienda igitur*

tur qvæ in nostrâ sunt Potestate; *Si Bellum non est nostræ* voluntatis, *illud recusare, qvandoqve non esse fortunæ credamus: huc respicit ore trita vox, ast intellectu difficilis res* RATIO STATUS. *Ea cum Aliis* Fœdus *&* Assistentiam, *communem contra hostem; vel* Neutrum *esse inter duos diffidentes suadet. (horum punctorum rationes speciales, etiam complectitur Pars scientiæ Polemicæ prima & tam speciales illæ, qvàm generales fluunt potissimum ex Membr. I. Consult. term. 3.)*

Ad Membri primi Consultat. Ter. 3.

Propriissimè (sicut dictum) STATUS *distingvuntur in* POTENTES, *de qvibus Membr. I. & præfat. th. 3. lit. d;* TENUES *&* MEDIOCRES: *de qvorum ratione hoc Membrum II.*

Th. II. Distinctio Statuum.

STATUS MEDIOCRIS *est ille qvi potest valere, & usurpare circa XXM. peditum, & IV. vel. IIIM eqvitum, colligitur ex Veget. l. 3. c. 1.;* e. *regionem qvoqve aggressuro valdè arduam tenet. Talis ferè regio depicta est Membro 3. l. ad Membr. I. th. 3. e.*

Th. III. Definit.

e.

RATIO talis STATUS, *& rationis momentum sunt notanda: uti cùm à Præpotente ipsi fit injuria, (vix autem vel rarò eam intermissum iri, conjici potest ex Aristot. l. 2. Rh. c. 17. & præfat. meæ th. 3.* (δ) (ε)) *& justa* SATISFACTIO *ab tali obtineri non facile possit (ratio hujus conjectu-*

Th. IV. Qvæstio actionis hunc terminum (injuria) restnui ex conceptū subjecti patientis; *qvod dum occultam* Agen*tis Prudentiam perspicere non satis valet: injuriam sibi fieri reputat, & de injuria factâ qveritur.*

ctura, est locus præfat. Th.3. (β) *Occasionem venetur, qvâ Offensoris hosti commodè assistat, certis conditionibus, potissimum, ne anteqvam sibi satisfactum, pacem Ille ineat. Deinde sciant benè servare* STATUM BELLI *offensivi & Defensivi.*

Utriusqve status actus speciales *docet* Tactica, *Scientiæ* Polemicæ *pars Altera: Ex hâc annotabo unum modò, inter generales numerandum.*

Th. V. *Qvemadmodum sine Principis, aut Præsidis consensu muros ducere, municipiis olim fuit interdictum, L. sacra loca ff. de divis. rer. Ita ex* Ratione Status *alicujus* Mediocris *non esset, si propter jus singulare qvo gaudet, non spectato bono publico, aut qvalitate suâ, in exstruendis pluribus fortalitiis vellet imitari Vicinum aliqvem Præpotentem. Veget. de Re milit. L.3. c. 26. regul. primâ.*

Th. VI. *Pro* STATU TENUI *habetur ille, qvi viribus suis in bello defendi aut conservari neqvit: attamen propter occultam rationem Vicinorum*
Th. VII. *Æmulorum, fortunâ prosperâ scit uti.* EJUSMODI STATUS RATIO *procul dubio est, ut* Pax *diu sit firma. Hujus autem servandæ, & belli arcendi artes latè cum pateant: medium tutissimum propono in th. seq.*

Qvæstio actionis Th. VIII. *Urbs præcipua, sit satis munita; (confer Membr. 1. th.3.) victus, præsidia, arma, pecunia comparata. ibid. th.4.*

Ab

Ab hujus Membri th. 2. hactenus, Statuum
ſingulorum, ſeu cujusq; Rationes ſeparatim tracta-
vi: Nunc qvoqve ne Membr. 1. Th. 5. qvæ apparet,
machinâ illâ capiantur, univerſi ſolertiam qvam
exercere, & omni nimio metui renunciare poſſint,
exponam in ſeqq. 9. 10. 11. h. Membr. theorematibus. Th. IX.
Poſtqvam ſtatus aliqvis Potens ad tantam poten- Quæſtio cognitionis
tiam pervenit, ut nullus vicinorum ſolus, ipſi bellum
inferre audeat: Is Status Potens ſi g. unum ex vici- g.
nis invadere, h. cæteros pro Amicis habere velit; h.
ſingulis minatur. Singuli verò dum pugnant, uni- «
verſi ſuperantur. Tacit. Agric. c. 12. exemplum v. «
Membro 3. ad h. th. 9. Remedium poſitivum ad-
verſus hoc diſcrimen, qvod valet, eſt regula ſtatus
peritorum vetus & generalis iſta: Nunqvam per- Th. X.
mittendum eſt, cujusqvam Principatum in tan-
tum creſcere, ut neqve de manifeſtâ injuriâ dubita-
re liceat. Polyb. l. 1. ſed

i. Initiis Potentiæ nimium ac manife- i. Th. XI.
ſtè creſcentis, à Vicinis maturè eſt occurendum &
Syncretiſmo reſiſtendum. Ex Thucyd. L. 1. (praxin
& rationes ſpeciales talis actus ſuggerit Pars pri-
ma Scientiæ Polemicæ, Confœderatio.)

l. Siqvidem verò negotia tam ardua rariſſimè l.
procedunt æqvali voto: maximè & hoc non erit ſine
omni difficultate, teſtatur Membr. 3. th. 1. & Cic. L. 1.

offic. his verbis: Prætermittendæ autem defensionis, deserendiqve officii plures solent esse causæ: Nam aut inimicitias, *aut* laborem, *aut* sumptus *suscipere nolunt; aut &* negligentiâ, Pigritiâ, inertiâ, *aut suis* Studiis *qvibusdam* occupationibusvè *sic impediuntur, ut eos qvos tutari debeant desertos esse patiantur. Sed qvi hostem metuunt communem eum, & periculum commune, secundum h. Membr. th. 9. in fin. utiqve publicas debent anteferre privatis rebus. Ergò pro re natâ, sumptus qvi confidenter conferre gravabuntur?*

Cum (l.) Salubre cordis, efficiens sit majus, qvàm jucundum ejus, efficiens voluptatis, Aristot. L. I. Rh. c. 7. inter bona comparat. 6: & hostis victor poterit privare utroqve.

Nec Studia *optata* NEUTRALITATIS *semper sunt tuta, probatur h. Membr. th. 14. neq; (k)* Negligentes, *olim Suspecti Reipublilicæ moderatores nominari cum periculo expectabunt. hic tandem pronuncio.*

m. *Qvi status tàm est regularis ut ea sine qvibus summa Potestas haberi neqvit, arma, pecunia, & Judicia hâc Lege fundamentali sint revincta:* JUVA JEHOVA! VIDEANT, DENT OPERAM P. C. NE QVID RES PUBLICA DETRIMENTI CAPIAT: *ille profectò qvantum*

Th. XII. Qvæstio cognitionis, per modum consecutionis.

(l.) Horn. orb. pol. p. 1. conservationem Reipublicæ *appellat ejus animã: Ergò qvocunq; modo etiam cum jactura opũ (juxta illud Jobi 2. qvod nõ dabit Homo pro Vitâ suâ) procuranda.*

(k.) dupliciter etenim spectãdi, vel ob metum naturalem; vel certam ob rationem tales.

m, Th. XIII. remedium positivum *adversus discordiam inter ministros unius status.*

in

in se est, firmissimo in cardine pendet: qvippe nullus facile nisi sit animo prorsus depravato, ex suâ convenienti sede dimovebitur. v. exemplum & illustrationem. hujus th. in Membr. 3. th. 4. ad h. th.

Discordiæ inter Status diversos, remedium latius patet, qvàm hic explicari convenit. (melius enim explicatur in doctrinâ de Fœderibus, Assistentiâ, & Neutralitate) *Sapienti eqvidem sat dictum in Membr. I. th. 6. ex qvo apparet remedium privativum sæpè accommodatius esse, & multò efficacius intuitu hujus discordiæ, qvàm antecedenti simile positivum.* *Th. XIV. remed. adversus discordiam inter status diversos.*

MEMBRUM III.

Ordine (qvem indicant literæ marginales a. b. c. exhibet Theorematum Primi & Secundi Membri illustrationem per Exempla.

Ad Præfat. th. III. a.

V*Etus ac jam insita mortalibus* Potentiæ Cupido, *cum Imperii magnitudine adolevit dict. loc. d.*) erupitqve (*dicto loc. e.*) *Nam rebus modicis æqvalitas facile habebatur.* a.

Sed ubi subacto orbe pars altera superior et æmulis urbibus Regibusvè excisis, securas opes concupiscere vacuum fuit; Prima inter Patres, plebemqve (seditio, & bellum internum seu civile) certamina exarsere. Ea veterum novorumqve morum reputatio legitur apud

„ *Tacit. H.II.c.38. Sic certant Provinciarum, ur-*
„ *bium, & Hominum singulorum Studia. Ibid. H. V. c.1. Ex qvibus apparet, statum vix ullum ab extra vel intra posse securum esse, qvin* Munimento *opus habeat de qvo M. II. Atqve ex unius Regentis animo, vel plurium consensu alteri Statui Bellum illatum iri; vel non metuere, ratiocinari habet. ex præfat. th. 3. & M. 1. th. 2. term. 1.* (n).

Ad M. I. th. II. b.

b. *Qvæstio cognitionis.* *Qværitur apposité ratio, qvare Israëlitarum Rex filius Salomonis nomine Rehabeamus, post habuerit Consilium sui Senatus (ex Senibus constantis; sicuti in institutá Republicá Rom. v. Flor. L. 1. c. 1. in Romulo) præcipiti & temerario illo Sodalium Juvenum? R. tumidus atqve elatus contingente eá felicitate recenti, qvando Rex erat declarandus, simul fugiebat utrimq; Pudorem alicujus pusillanimitatis. Res qvod ita se habeat probo ex qvalitate ejusqve eventu antecedentibus contrariis.*

Fingamus modò Rehabeami speciem qvalis esse debuisset; qvod si prætulisset Consilium Senatus, consecutum fuisset, ut Regnum, cujus ex parte jacturam fecit (ita segerens) integrum ut aderat mansisset. Porrò qværimus, qvomodo Rehabeamus tam moderatus potuerit fierit? R. boná Educatione *primùm, secundò* Institutione *boná: Sic fuisse futurum certò conjicimus, ut salubri doctri-*

ná

nâ imbutus ejus animus, non per affectus rudes, sed per certum habitum bene rexisset omnes suas actiones, perqve eas berbeatos subditos.

Ad. M. I. Th. II. qv. (I.) C.

Contrarium plerumqve fieri, compertum habent Historiæ, qvæ Stylum acuere in Bellum ferè qvodlibet consueverunt: Ideò in sedititionibus & bellis omnia præter rationem *eveniunt, ubi non jure, sed* utilitate *suâ, ac* necessitate, *amicos, inimicosqve suos ii qvi rerum potiuntur æstimant; ac pro* opportunitate *temporis, eosdem & hostes & necessarios suos judicant.* c. „ „ „ „ „

Pro responsione, eximo dictis. Rationem, Necessitatem & Opportunitatem. *ex M. I. th. VI. & narratione in fin. h. M. additâ.* Th. II. k.

Ad M. I. Th. II. Th. III. d.

Fortunæ qvasi ingenium & fatorum industria vult transigere tanta, si cui statui *obtingit* Conditor Romulus: *Pauci enim Spiritu ardentiore beati.* d. Th. III.

Ad M. I. Th. II. e. & M. II. Th. III. e.

Videtur id significasse Romulus *dum fluminis & montium dicitur fuisse amator, præterea & urbis mœnia agitavisse. Flor. L. I. c. 1. in Romulo.* e.

Ad M. I. th. 7. f.

Notetur altera Laudati Conditoris cura, qvâ, arte, & Marte auctis Civitatis viribus *talem* Reipu- f.

pu-

publicæ Statum *imposuit: ut Juvenes per Tribus divisi, armis Senes consilio magnificentiam Patriæ juvarent.*

g. *Ad M. I. th. VI. g. & M. II. th. IX. g.*

Evolvat cui lubet in Flor. l. I. C. XI. seqq: seriem bellorum à Romanis gestorum, & comperiet eos nunqvam adversus geminatam exterorum potentiam *decertasse: Sed debellatis his, in alios arma convertisse; hancq; rationem omnibus magnum Imperium affectantibus commendasse.*

h. Ad M. II. idem th. IX. h.

Exemplum valdè elegans annotavit THUCYDIDES *L. IV. de Bello Peloponesiaco: Cum enim Siciliæ Civitates discordes inter se belligerarent; Athenienses tùm erant adeò* potentes, *ut semper Altera pars, animo vincendi hostem illorum uteretur auxilio: unde eveniebat, Sicilienses universi debiles, Athenienses autem ipsis potentiores fierent.*

i. Continuatio, ad M. II. Th. XI. i.

Hermocrates Syracusanus, istum eventum antea cernens, suis Conterraneis fuit Author, redderent Patriæ Pacem; *Pars mitteret cum Atheniensibus percussum* fœdus.

k. Contin: ad h. M. th. II. K. antercedemqve a c.

Pax & *ea diu non duravit, qvin Selinuntini propter* fines *armis tentarent Segestanos, qvi illicò Atheniensium implorant & impetrant* subsidia

dia (*ratio M. I. f. verb. ratio tanti ſtatus &c.*) *Idem igitur Hermocrates, ejusmodi Expeditionem navalem & vehementem, & propter rationem involutam, tanqvàm tempeſtatem metuens ne in* Statum Sicilicæ *inundaret, hortatur:* SICILIENSES! SECURI. NON. TUTI. MILITIAM INSTRUANT.

Contin: ad M. II. th. XII. præfat. l.

Conſilium hoc ſimpliciter quamvis non erat acceptum; dum æmulatione, *& bonâ* ratione *illud limitabat Antenagoras: Videlicet, ille, ſicuti periculum à vi externâ; ita hic, internum majus*, mutationem Status (*Democratici nempe in Oligarchicum*) *intuebatur. Atqve tandem Statui Sicilienſi utrimqve laboranti abundè fuit proſpectum apparatu peritè facto, reſervatâ interim Publico & nondum delatâ potentiâ militari Nobilibus. (ration. confer ex M. I. term. III.)* l.

Ad M II. th. XIII. m.

Dixi in Membr. I. th. I. Statum *ſummè periclitari tempore belli: igitur opus habere cùm* munimentis *extra M. h. III. th. I. tùm* præſidiis *firmiſſimis intra. Ea qvæ foris* Statum *conſervant delineavi præcipuè in Membro II: Locus nunc eſt explicandi* moderationem internam. m.

Qvantumvis Romulum *ut Præcellentiſſimum Romanæ Civitatis* Conditorem *declaraverim* Th. IV.

rim

rim in hujus Membr. th. III: attamen eo modo instituta Civitas, variis seqventium temporum casibus nondum erat sufficiens ad obstandum. Exemplo fiet res magis perspicua: nisi enim (qvod dixi h. M. th. III.) fata transegissent illius Reipublicæ institutionem, indicando Successorem convenientissimum Numam, *qvi ferocitatem populi contractam exemplo & instituto Antecessoris, Religionē temperaret: qvâ ratione demùm, tot mala ex malis moribus provenientia prævenire valuisset? non certè Senatorum sententias audire, aut aliqvam probare, anteqvam Reipublicæ præstiterant sacramentum, cujus tenorē ex Doctiss. Camerarii operis subsivis Centur. I. c. 33. Lectorem G. qvò negotio expedirem huc transferre volui.*

SACRAMENTUM
SENATORUM ROMANORUM.

JURO PER JOVEM OLYMPIUM ET CONSILIARIUM, ET PER VESTAM CONSULTRICEM, ET PER JOVEM MARITALEM, ET JUNONEM MARITALEM, ET MINERVAM PROVIDAM ET VICTORIAM, ET VENEREM ET AMICITIAM ET CONCORDIAM, ET JUS ATQVE FAS ET BONAM FORTUNAM ALIOSQVE UNIVERSOS DEOS AC DEAS, ME SENTENTIAM VELLE DICERE SECUNDUM LEGES ET CONSULTA A CIVITATE APPROBATA, ET SECUNDUM DECRETA ROMANORUM ET LEGES, QVIBUS NOSTRA RESPUBLICA ADMINISTRATUR, IN RESPECTU UTILITATIS PATRIÆ, PRO VIRIBUS MEIS NON ALITER QVAM IS FECIT, QVI SENATOR FUIT LAUDATISSIMUS PATRIÆ SUÆ VEL ROMANÆ, VEL GRÆCÆ CIVITATIS,

NE-

NEQVE GRATIÆ, NEQVE ODIO, NEQVE MUNERIBUS PATIAR SERVIRE JUDICIUM CONSULTUMVE MEUM. NEQVE PRIVATO ADDICTAM SENTENTIAM MEAM, NEQVE ME ULLI PARTI AUT HOMINI ADJUNGAM, SED TANTUM COMMUNI UTILITATI AUCTURUS PRO VIRIBUS REM PUBICAM, ITA UT DII ET BONI VIRI VOLUNT. MIHI QVIDEM SANCTE JURATO BENE SIT, ET DII ATQVE DÆMONES FAVEANT, ITEMQVE MEIS OMNIBUS CUM AMICIS, TUM UNIVERSO GENERI ET FAMILIÆ, IN PERJURIO VERO NE DEPREHENDAR UNQVAM.

Ita metu præsentis pœnæ Religio, Leges, *&* Respublica *conservabatur.*

Ad Membr. I. th. VI. n.

Ad metiendas Vires necessarium est, ut RATIONARIUM, STATUS, *qvale Imperii Romani suâ manu perscripsit* AUGUSTUS, *Tacit. Annal. I. c. II. in promptu sit. Dum etiam maximoperè consultum est, has* Status vires *Soli Principi (in Principatu) & qvi ipsi ab arcanis Consiliis sint cognitæ: tempora vicissim haud segnes produxêre, imò illas explorandi enixè cupidos.* *n. Qvæstio Actionis, de modo instituendæ collationis.*

Ita Mithridates Rex bellicosissimus ex ASIA *cum qvibusdam Amicorum Familiarium profectus, Regiones, urbes atqve illarum situs & præterea lustravit. conf. Frontin. Sratagem. L. I. c. II.*

Ad M. I. clausul. de clarigatione o.

Qvò commodè Discursum hunc finiam, ceu in speculo duxi repræsentandum genium Polemicum, *seqventi narratione, à Guicciardino L. 11. qvam*

 me-

memini tradi: FERDINANDUS *Arragoniæ,* & HEINRICUS *Angliæ Rex, cum ex Pacto invasuri essent Regnum Galliæ:* FERDINANDUS *callidissimus diu anhelans Regnum Navarræ interjacens, demandabat sub expeditionis istius principium ab Rege Navarræ, vellet inter se & Regem Galliæ profiteri* ἀδιαφορίαν *seu* Neutralitatem *sic dictam; sicq; in declarationis asseverationem sibi* (λ) *tradere aliqua ejus sui Regni loca munita; confecto bello ipsi restituenda. Contra verò Rex Navarræ, ex Antecessorum Ferdinandi ambitione, facilè etiam Cupiditatem illius perspiciens, se periculo incerto exponere, quam certam jacturam facere malebat: Sperans enim quod Rex Galliæ promisso auxilio ipsum non siet destituturus, (ratio, nam hujus maximè intererat, ut sedes belli maneret Navarra) eo fine, cum Ferdinando incipit tractare, existimans dilatione eâ lucrari tempus quo sperata auxilia, vel aliud obtingeret medium liberationi aptum. At sagacior* FERDINANDUS, *dum Rex Galliæ ad suppetias Navarræo ferendas nimis lentus procedebat; (opinans Navarræum Vicinum propriis viribus posse aliquamdiu sustinere hostis impetum,) ipse* FERDINANDUS *citò exercitium versus Navarram promovet: eo modo securus, & ut antea in Otio, Rex Navarræ, minùs quoq; peritiæ suæ fidens, in Bearniam Provinciam*

cis

cis Montes Pyrenæos (μ) *fugâ sibi Consulit: qva desertione illud Regnum amissum in* FERDINANDI *Potestatem devenit.*

Tandem FERDINANDO *restabat occupationis istius probatio, qva talis est:* JOHANNES ALBRETANUS REX NAVARRÆ *opem ferens* LUDOVICO *XII.* REGI GALLIÆ A PONTIFICE *excommunicatus & proscriptus, &c:*

(μ) *hoc Mediũ qvod non fuerit rationi convenienis, sed melius positivum illud Membr. 2. th. 3. e: 11. th. 8. demonstrat ipse eventus.*

Redundantis narrationis hujus argumentum erit tale: FERDINANDUS *specie alterius belli (nempe cum Rege Angliæ adversus Galliam,) hanc expeditionem in Navarram suscepit. Et voti jam Compos, dum obtinebat illud Regnum desideratum, prudens consilium hoc inivit, qvomodo recens sibi in tempore* confirmaret (ζ): *qvippe non consultum erat eodem Vere uni stirpi bis superinserere plures ramos non enodes.* Ratio *desum. ex M. I. th. I. a; & clarus eventus, si altero bello cum Galliâ venissent ad arma, novam Provinciam debere patentem pati suorum & Socii copiarum* transitus.) *Itaqve* REGI GALLIÆ LUDOVICO XII. *concedit* inducias; SOCIO GENERI REGI ANGLIÆ *ambigum facit* Statum Belli: *sic* fœdus *eo tempore expiravit.* FERDINANDO REGI *tanto qvamvis detraxerit Historicus magnus, Jovius Lib. 11. censens:* FERDINANDUM

 cun-

cunctas belli rationes, fœderumqve jura, vel cum pudenda mutatæ fidei labe, & gravi sociorum injuria ad commodum suum referre fuisse solitum. Nihilominus, peritus qvivis æstimans confirmabit, Prudentiæ Imperium, qvàm securitatis Jugum ipsum cinxisse decentius, Pro hujus positionis & confirmationis dilucidatione majore & ampliore pono:

Th. VI. *Regem, Principem, Reipublicæ Moderatores Consiliarios, omni tempore decet sectari & promovere status seu Reipublicæ salutem; mala & molesta avertere. e.g. Regionis in qvâ hyemant vel æstiva habent copiæ militares, miseram esse ut plurimum conditionem, qverelæ in Historiis abundè & incolæ testantur. Talium ergò molestiâ liberare eam, boni erit Politici consilium & opus. Iste moliens* media, positiva *præstantissima ut plurimum prætermissa;* Privativa *difficulter adhiberi;* Stataria *nimis lenta esse sentiet. Nam pecunia illa hyberna vel æstiva redimere, cum non semper sit tutum; etiam non habendum est pro consilio præstanti; sed præstantiora docet* POLEMICA.

Qvò circa FERDINANDO REGI GLORIOSISSIMO & *talium* PRUDENTISSI-

MO

MO *iterùm manet ſuum prudentiæ diadema, cujus, antęcernens* ſtatum futurum, *prudenter recondidit ad tempus invidioſum fulgorem. Inſtanti ulterius, qvod ejus factum ſit conjunctùm cum Socii injuriâ & damno: Reſpondeo,* (μ) *in caſu* neceſſitatis, *ordinata charitas incipit à ſe ipsâ. Conſiderantes enim priſtinũ & à tempore ejus facti ante tria circa luſtra* FERDINANDI Statum, *cognoſcimus Illum fuiſſe conſimilem omninò illi* REGIS NAVARRÆ *conditioni ſeu ſtatui, & ita ſe habet: In expeditione* REGIS GALLIÆ CAROLI VIII. *in Regnum Neapolitanum,* FERDINANDUS *metuens potentiam ejus Regis, deſeruerat Regnum ſuum Arragoniam: Et niſi ut ex domo extruſum, in limine ipſum amplexa fuiſſet Fortuna atq́ʒ* REGIS HISPANIÆ *ope deſponſatâ retinuiſſet, perditum iviſſet æqvæ Regnum. Ex eò autem temporis caſu, judicabat Jucundiùs qvàm moleſtum, tutius qvàm ſecurum eſſe, lucere & vigilare pro bono publico: Imò qvod præſtet* Prometheum *eſſe, qvàm* Epimetheum.

(μ) *Ex præfat. th. 3. α γ repeto qvod Ferdinandus non per ſe ſimpliciter cupiditate peregit; ſed à virtute prudentiâ (ex præteritis, de futuris judicans) excitatus, ut futuræ Neceſſitatis Caligini hoc modo præveniret. Namqve cognitâ neceſſitate in Artibus & deliberationibus, tollatur omnis dubitatio: & mens obtemperet neceſſariis. Phil. Melancht. Dial. l. 4.*

Nunc uti in ſcrepto hoc diſcurſivo, & qvaſi in præambulo denotem ſcientiam talia ſuggerentem: Ea ἀπὸ τοῦ πολέμου eſt indigitanda POLEMICA: *Eſt enim ὁ πόλεμος bellum, ejus objectum proprium & adæqvatum.*

PO-

POLEMICA *est* facultas, *complectens* rationes Status *cujusq;* servandi, *&* bellum offensivum *ac* defensivũ *commodè* suscipiendi, *feliciter* gerendi, *utiliter* finiendi. *Ex hâc definitione, qvæ simul recenset objecti sui, belli (negotii vastissimi) tres terminos; Constituuntur* III. Scientiæ Partes, *qvæ sunt:* I. Confœderatio. II. Tactica. III. Pacificatio.

I. Confœderatio *est prior Pars* POLEMICÆ, *complectens* rationes, *utrimq; commodè & rectè vel* ineundi, *vel* aversandi, *vel* dirimendi fœdus.

II, Tactica *est altera Pars* POLEMICÆ *complectens* rationes *feliciter* gerendi *bellum; eo fine* legendi, *& ad* actus militares exercendi *Officiales & milites.*

III. Pacificatio *est Tertia Pars* POLEMICÆ, *complectens* rationes bellum *utiliter* finiendi, *seu* paciscendi.

Communis est his CANCELLARIA POLEMICA, *estq; locus & sedes Præsidis, cæterorumq;* Ministrorum status*: Consiliariorum bellicorum, Secretariorum, & Scribarum, Tabulas & Literas huic Negotio necessarias conficiendi Peritorum. Ea est vel* Major *qvæ fixa est in Aula Regis seu Principiis &c.*

Vel Minor, *qvæ cum Imperatore exercitus, ut cum* Majore *freqventer correspondeat, ablegatur.*

SOLI DEO INFINITO.
INVISIBILII, &
SAPIENTI sit
GLORIA IN ÆTERNUM!

DENUNCIATIO STUDII POLEMICI.

Giphan. JCt. Prof. Argentin. ad Comit. Oeting. in ep. dedic. Hom. Iliad.

SCientia rei militaris eſt illa qvidem ex longo uſu multisqve obſervationibns primùm orta: Sed jam perfecta, qvia certis præceptis continetur, dubium non eſt qvin ex iis comparari poſſit. Ea namqve Scientiarum & artium eſt ratio omnium, uſu ut longo velut coaleſcant & condantur: conditæ & præceptis jam concluſæ, ex iis poſtea cognoſcantur & comparentur &c.

L. G. B. S!

Qvod Generosis, Præstrenuis, Nobilissimis, Præstantissimis atqve Doctissimis Dominis, Artis & Martis Cultoribus, omnibus ac singulis innotescat.

SIcuti de *vino vendibili* dicitur, qvod ipsi *non opus sit suspensâ hæderâ*: ita etiam de Arte, a Scriptura S. approbatâ, & toto terrarum Orbe desideratissimâ, laudes abundè hûc congerere, valdè supervacaneum existimo. Illud saltem qvod dictu & amplexu est honestissimum, qvæso, percipite.

Non (qvæ Machiavelli prior erat sententia levis & vulgaris) Fortunæ est adscribenda Clades illa enormis Romanorum, à Gallis accepta; Sed legum fundamentalium illius Reipublicæ, Disciplinæ & Artis militaris negligentia, ut vera in Arte deprehenditur causa cladis. Ne igitur, qvod DEUS Clementissimè à Communi & charissimâ Patriâ semper avertat, malum consimile unqvam eveniat! cujus probè præmoniti à *Cæsare Alexandro Severo* in suâ Orat. ad milites ita *divinante*: Disciplina Majorum Rempublicam tenet, qvæ, si dilabatur & Nomen Romanum & Imperium amittemus, &c: oportet ac

decet, ut in tempore amplectamur liberales Artes singularia Dei beneficia, atqve ex genio seculi maximè necessariis studeamus. Esse verò Polemicam Artem omni tempore valdè necessariam bono publico, Cordati, consideratâ ratione temporum præteriorum, præsentis & futurorum, æstimabunt; esse eam justam atqve augustam Artem, præter Experientiam, præsens Discursus asseret; esse eam jucundissimam; præcepta ejus, eorumqve Demonstratio, Praxis & exercitia evidenter declarabunt. Cum itaqve Divini Numinis Benignitas, naturalem conatum, & solertiam meam non siverit esse inanem in eâ: gratam mentem Benefactori verè probare aliter neqveo, quàm si studia mea Suæ Majestatis Honori, ac Vestræ utilitati consecrem. Qvoscunqve igitur juvat, in Consessu regnativo dignè aliqvandò agere, & prudenter consultare; Qvosvè juvat insignes olim cluere Heroës, super purpureum Martis Campum: ipsis lubeat, Atticis antea ludere Smaragdis, in Viridi nostro *Palladio*, qvod (privatos inter Parietes) aperire Bono cum Deo, & Superiorum permissu constitui. Erit autem illud ceu Theatrum, repræsentans viam compendiosam, ad dignitates militares, Strenua Virtus qvâ possit

ſit tutior pervenire: Ac ſiqvidem ad comparandam hanc Prudentiam reqviritur accurata morum Compoſitio: ſplendiſſimum Vobis paravi.

I. Triclinium, ubi ad prandium & cœnam qvoditiè aliqvid guſtabimus ex vitis Illuſtrium, eorumqve rimabimus fortunam & actionum regimen.

Semeſtri hiberno:

II. Aſceterium buleuticum, more Senatorum Romanorum, filios ſuos ad Reipublicæ negotia, pacis & belli, rectè tractanda erudientium, ex optimis Authoribus inſtauravi; Et qvò recentium æqve ac præteritorum habeatur ratio, bis in ſeptimanâ aperiam

III. Meniana Pragmatica; exindè geſta Orbis pulchrè pernoſcemus, disqvirendo è novellis, notabilium geſtorum involutam rationem; combinabimus etiam

IV. Archivum typicum, in cujus regiſtraturâ inveniemus Legationes, Legatorum diverſas inſtructiones, cum inſtrumentis &

 con-

convenientibus epiſtolis. In his cum probè fuerint verſati, aſcendent ulterius

V. Atrium Pragmaticum, expeditæ Praxeos Politicæ, obvelatæ in Joh. Barclaii Argenide, qvam velo iſto Commentariis perſpicuis connexo, revelabo, atqve *uſum* civilis *converſationis* decoræ *orationis*, moralis *actionis*, & Senatoriæ *Conſultationis* evidenter demonſtrabo.

Semeſtri æſtivo reſerabitur

VI. Palladium Tacticum, ibi primùm, Scientiæ militaris præcepta, & tabulas directorias tradam; poſt, Comitia armata, ſeu actualem Scientiæ militaris applicationem, ex hiſtoriis, jucundè admodum demonſtrare incipiam: actus militares tàm ſimplices, qvàm compoſitos; Officialium & gregariorum delectum, exercitia, diverſas acierum formas, earum uſum & rationes depugnationum, itinera, caſtrametationem, obſidionis & defenſionis modos, uſus militares &c. qvæcunqve à primo Expeditionis termino, usqve ad extremum occcurrere poſſunt. Qvibus talia placent, illis operam, ſtudia & officia mea offero

offero pro viribus paratiſſima. benè valeatis & faveatis

Veſtrar. Generoſitatum, Nobiliſſimarum & præſtantiſſimarum Dominationum

perſcribeb. Halæ Sax.
prid. non April. 1677.

Officioſiſſimo.

Danieli Sigismundo Wolffio,
Vinar. Thuring. Integræ Polem.
atqve Polit. Cand. Pragm.